

VERSIONI DAL LATINO GRADUATE E PROGRAMMATE PER IL BIENNIO DEL LICEO

N. 1 - FORTEZZA DELLE DONNE SPARTANE

Lacedaemoniorum gens, ut virorum virtute, sic feminarum animo magnitudine crevit. Lacaenae matronae filiorum, qui in proelio occisi erant, inspicere vulnera solebant: si vulnera in pectore gerebant, laetabundae funus ducere eosque in sepulcra avita inferre gloriabantur; at quos vulnera in tergo gerere videbant, ab iis refugientes, curabant ut clam sepelirentur. Tantum in femineis quoque animis et decus et studium gloriae poterat. Tradunt quandam Lacaenam, cum filium in proelium misisset atque eum interfectum esse audivisset, ad omites maequentes conversam, dixisse: "Idcirco eum genueram, ut esset qui (uno che) pro patria mortem obire non dubitaret".

N. 2 - IL RE CODRO

Erant inter Athenienses et Dorienses veteres similitates, quas cum Dorienses vindicare vellent, de eventu proelii oraculum consuluerunt. Ab oraculo responsum est Dorienses superiores fore, si in prelio regem hostium non occidissent. Qua re Doriensium duces ante omnia militibus suis praecipiunt ne regem hostium adoriantur. Athepiensium rex eo tempore Codurs erat, qui, responso dei et hostium praceptoris cognitis, habitum regis permutavit et, agresti ueste indutus, sarmenta collo gerens, in castra hostium ingressus est: ibi in turba procurrentium a milite, quem ille astu falce vulneraverat, occisus est.

Cognito regis corpore, Dorienses sine proelio discesserunt. Atque ita Athenienses virtute ducis, qui pro salute patriae morti se obtuleat, bello liberati sunt.

N. 3 - INTEGRITA' DI FOCIONE

Phocion Atheniensis etsi saepe exercitibus praefuit summosque magistratus gessit, tamen multo clarior est integritale vitae quam rei militaris gloria.

Fuit enim perpetuo pauper, cum ditissimus esse posset propter honores potestatesque summas, quae a populo ei demandabantur. Olim cum legati a rege Philippo magnis cum munib[us] ad eum

venissent, repudiati sunt; et cum eum hortarentur ut dona acciperet atque suis liberis providere vellet, qui in summa paupertate tantam paternam gloriam tueri non possent (poterant), his ille: "Si patri - inquit - similes esse volent, hic idem agellus eos alet; si autem divitiarum cupidi futuri sunt, nolo causa mea illorum aliquaque luxuriam".

N. 4 - EROISMO DI CINEGIRO

Barbari post pugnam apud Marathona, undique fusi et pressi, in naves, quae opud maritimam oram diligatae erant, concendere corati sunt. Athenienses autem eorum classem incendere parant, et cum hostium classariis acerrimum redintegrant proelium, Nihil vero in ea pugna gloriosius fuit quam Cynegiri Atheniensis virtus, atque infracta animi vis.

Is enim, conspecta scapha hostibus onusta, quae iam a litore recedebat, statim in mare desiluit et scaphae puppim dextera manu comprehendit, nec prius dimisit quam manum amputam habuit. Tum puppim arripuit sinistra: haec quoque praccisa est. Postremo, utraque manu amissà, dentibus scapham detinuit, donec, dolore invictus, animam efflavit.

N. 5 - LA BATTAGLIA DI MARATONA

Athenienses, audito Darei adventu, auxilium a Lacedaemoniis petiverunt, qui cum respondissent se moveri non posse nisi cum luna plena esset, Athenienses, nullo exspectato auxilio, fortunam belli experiri statuerunt.

Instructis decem milibus civium et mille Plataeensibus, adversus sescinta milia hostium apud Marathona in proelium egressi sunt. Magna igitur in pugnam euntibus animorum alacritas fuit, adeo ut, cum mille passus inter duas acies interessent, citato cursu ante iactum sagittarum ad hostes venerint. Victi Persae in naves confugerunt, ex quibus muliae submersae, multae captae sunt. In eo proelio magna virtus singulorum fuit, inter ceteros Themistoclis adulescentis gloria emicuit, in quo iam indoles magni futuri ducis conspiciebatur.

N. 6 - MISERA FINE DI PAUSANIA

Pausanias, Lacedaemoniorum dux, elatus victoria quam apud Plataeas consecutus erat, nefaria contra patriam consilia inierat. Cum id comperissent Ephori, qui Spartae erant summi magistratus, statim eum comprehendi iusserunt;; sed Pausanias, ut poenam effugeret, in aeden Minervae confugit. Hinc ne exire posset, Ephori valvas aedis obstruxerunt tectumque sunt demoliti, quo (-ut) facilius sub divo interiret. Eius mater, postquam filii scelus cognovit, prima omnium, ut porta templi clauderetur, lapidem attulit. Cum deinde Pausanias semianimis inde elatus esset, confessim animam efflavit. Sic magnam belli gloriam turpi morte maculavit.

N. 7 - UN RE DISSOLUTO

Ultimus Assyriorum rex Sardanapalus fuit, vir muliere corruptior. Praefectus Medorum, ut, hunc videret, Babylonem venit. Qui cum admitti (admitto - ricevo) aegre obtinuissest, invenit regem femineo habitu, indutumque, qui inter mulierum greges purpuras colo nebat. Hoc visu indignatus, progressus ad socios, rem refert; omnes negant se parere posse ei, qui se feminam malit esse quam virum. Fit igitur coniuratio: bellum Sardanapalo infertur. His rebus auditis, rex non, ut vir, ad regni defensionem se parat, sed, ut metu mortis mulieres facere solent, primo laèbras quaerit, deinde cum paucis et incompositis in bellum progrederetur. Victus in regiam se recepit, ubi in exstructam incensamque pyram se et divitias suas immisit.

N. 8 - LE DONNE SABINE

Tum mulieres Sabinae, propter quas bellum inter Romanos et Sabinos ortum erat, crinibus passis scissaque veste inter soceros et viros (- mariti) acriter pugnantes, se coniecerunt, suppliciter orantes ne nefando sanguine se reespergerent: "Si vos connubii nostri piget, - clamabant - in nos vertite iras; nos causa belli, nos causa vulnerum ac caedium sumus! Melius peribimus quam viduae aut orbae parentibus ac viris vivemus!".

Mulièrum preces non minus multitudinem quam duces movent. Fit silentium ac repentina quies. Inde duces, ut foedus faciant, prodeunt; nec pacem modo (- soltanto), sed etiam civitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant, imperium omne Romam transfertur.

N. 9 - FIERO CONTEGNO DEI SENATORI ROMANI DINANZI AI GALLI

Galli victores ante solis occasum ad urbem Roman perveniunt. Tum apparuit vera illa Romana virtus. Maiores nostri, qui amplissimos honores gesserant, in forum convenerunt et se diis Manibus consecraverunt, ut, cum venissent hostes, in sua dignitate morerentur. Inventus vero, circiter mille homines, in arce Capitolii, duce, Manlio, ascendit. Interim Galli apertam urbem invaserunt et domos patentem ingressi, vident viros ornata et vultus maiestate diis simillimos. Cum Galli ad eos, velut ad simulacra, conversi starent, unus ex his senibus Gallo, barbam suam permulcenti, scipionem eburneum in caput incussit. Iratus Gallus eum occidit: ab eo initium caedios ortum est. Deinde ceteri omnes in sedibus suis trucidati sunt.

N. 10 - INSOLENZA DI UN SOLDATO GALLO

Cum Galli ad tertium lapidem trans flumen Anienem castra posuissent, exercitus Romanus ab urbe profectus est et in citeriore ripa fluminis constituit. Pons in medio erat: tunc Gallus, eximia corporis magnitudine, in vacuum pontem processit et maxima voce clamare coepit: "Quem nunc Roma fortissimum habet, is prodeat et mecum pugnet, ut eventus ostendat utra gens bello sit melior". Diu inter invenes Romanos silentium fuit. Tum Titus Manlius e statione ad imperatorem pergit: "Si tu, imperator, - inquit - sinis, volo isti beluae ostendere me ex ea familia ortum esse, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit". Cui imperator: "I, Tite Manli, et nomen Romanum invictum praesta".

N. 11 - DUELLO TRA MANLIO TORQUATO E UN GALLO

Armant deinde Titum Manlium aequates. Scutum capit, Hispano cingitur gladio. Exspectat eum Gallus stolide laetus. Ubi constitere inter duas acies, Gallus telum cum ingenti sonitu in arma Manlii deiecit. At Manlius, telo parva inclinatione corporis vitato, insinuavit se inter corpus et arma Galli, et uno et altero ictu ventrem transfodit; iacenti deinde torquem detraxit, quem cruento respersum collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos. Romani alacres obviam militi suo progrediuntur et gratulantes laudantesque ad imperatorem eum perducunt. Tito Manlio postea ob torquem Gallo detractum cognomen Torquati inditum est.

N. 12 - GAIO DUILIO

Gaius Duilius Poenos navalii proelio primus devicit. Is cum videret naves Romanas a Punicis velocitate superari, manus ferreas, quae corvi, appellatae sunt, instituit. Ea machina Romanis magnam attutit utilitatem; nam in ictibus illis corvis, hostilem navem apprehendebant, deinde superiecto ponte in eam insilientes, veluti in pugna terrestri dimicabant. Quare in pugna apud Mylas Romani, qui robore praestabant, victores fuere. Duilius victor Romam reversus est et primus navalem triumphum egit. Nulla Victoria Romanis gratior fuit, cum, invicti terra, iam etiam mari plurimum possent.

N. 13 - FUGA DI ANNIBALE DA CARTAGINE

Senatus Romanus, ut actus Hannibalis specularetur, in Africam Cn. Servilium misit eique tacitis mandatis preecepit ut, si posset, Hannibalem per aemulos suos interficeret. Sed Hannibal, qui rem cognoverat, diem totum in oculis principum Carthaginiensium legatique Romani in foro stetit; adpropinquante autem vespere, equum concendit et celeriter in villam suburbanam contendit. Habebat ibi naves cum remigibus occulto sinu litoris abditas. Lectis igitur aliquot servis, navem condescendit cursumque ad Antiochum, Syriae regem, dirigit. Ut eum profectum esse nuntiatum est, omnes trepidavere non aliter quam si urbs capta esset. Cnaeus Servilius autem, quasi iam bellum Italiae ab Hannibale latum esset, Roman tacitus regreditur trepidumque nuntium refert.

N. 14 - ANNIBALE E FORMIONE

Cum Hannibal, Carthagine pulsus, Ephèsum ad Antiochum exsul venisset, invitatus est ab hospitibus suis ut Phormionem philosophum audiret, qui aliquot horas de imperatoris officio et de omni re (-arte) militari locutus est. Cum ceteri, qui audierant, facundiam eius vehementer essent admirati, ab Hannibale quae siverunt quid ipse de illo philosopho iudicaret. Tum Poenus libere respondit se multos deliros senes vidisse, sed neminem qui magis quam Phormio deliraret. Et mehercule iure! Nam Hannibal, qui tot annos de orbis terrarum imperio cum populo Romano certavisset (-certaverat), quomodo probare potuisset Graecum hominem, qui preecepta de re militari daret, cum nullum hostem, nulla castra umquam vidisset?

N. 15 - VIRILE CORAGGIO DI CORNELIO SCIPIO

Post caedem caedem Cannensem Romani exercitus reliquiae Canusium perfigerant: cumque ibi tribuni militum quattuor essent, tamen omnium consensu ad Publum Scipionem admodum adulescentem, summa imperii (-summum imperium) delata est. Tunc Scipioni nuntiatum est nobiles quostadam invenes Italiam deserere statuisse. Statim in hospitium Metelli, qui conspirationis erat princeps, se contulit Scipio et cum ibi concilium invenum, qui conspiraverant, invenisset, stricto super capita consultantium gladio: "Iurate - inquit - vos neque rem publicam populi Romani esse deserturos, neque alium civem Romanum deservere passuros; qui non iuraverit, in se hunc gladium strictum esse sciatur". Iuvenes pavidi, velut si victorem Hannibalem cernerent, iuravernunt omnes.

N. 16 - AUGUSTO, UN SOLDATO E UNA CIVETTA

Augustus in quadam villa aegrotans noctes inquietas agebat, rumpente somnum eius crebro noctuae cantu. Qua molestia cum liberare se velle vehementer significasset, miles quidam noctuam prehendit vivamque Augusto attulit, spōe magni praemii inductus. Cui Augustus mille nummos dari iussit. At ille, haud dignum praemium existimans, dicere ausus est: "Malo ut (-che) vivat!" et avem dimisit. Imperatori nec ad irascendum causa deerat nec ad ulciscendum potestas. Hanc tamen iniuriam aequo animo tulit Augustus hominemque impunitum abire passus est.

N. 17 - MISTERIOSA MORTE DI SCIPIO EMILIANO

Postridie Scipio in lecto repente exanimis est inventus. De tanti viri morte nulla habita est quaestio (-indagine) eiusque corpus velato capite est elatum, ne livor in ore appareret. Metellus, quamvis Scipioni inimicus, hanc necem adeo graviter tulit ut, ed auditā, in forum advolaverit ibique magna voce clamaverit: "Concurrite, cives, moenia urbis nostra eversa sunt: Scipioni intra suos Penates quiescenti nefaria vis allata est". Idem Metellus filios suos iussit funebri eius lecto humeros subicere eisque dixit: "Numquam a vobis id officium maiori viro praestari poterit". Scipionis patrimonium tam exignum fuit, ut triginta duas libras argenti, duas auri tantum reliquerit.

N. 18 - FORTEZZA D'ANIMO DI CATONE L'UTICENSE

Marcus Cato, adhuc puer, invictum animi robur ostendit. Cum in domo Drusi, avunculi sui, educaretur, Latini ut ius civitatis impetrarent Roman venerunt. Popedius (-Popedio), Latinorum princeps, qui Drusi hospes erat, Catonem puerum rogavit, ut Latinos apud avunculum adiuvaret. Cato vultu constanti negavit id se facturum. Tunc Popedius, cum frustra iterum ac saepius puerum rogasset, in excelsam aedium partem ductum, eum levatum tenuit, et inde minatus est se abicturum esse eum, nisi precibus suis obtemperasset; sed ne metu quidem e sententia puerum potuit dimovere. Tunc Popedium exclamasse narrant: "Laetemur, Latini, hunc esse tam parvum; si enim senator esset, ne sparare quidem ius civitatis nobis liceret".

N. 19 - ABILE ESPEDIENTE DI SCIPIO L'AFRICANO

Scipioni Sicilia provincia decreta est permissumque est uti in Africam inde cum exercitu proficiseretur. Qui cum vellet ex fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere, id prudenti consilio perfecit. Trecentos invenes ex omni Sicilia nobilissimos et ditissimos legit, velut si eos ad bellum contra Carthaginem secum ducere vellet, eisque imperavit ut celeriter arma equosque expedirent.

Edicto imperatoris paruerunt invenes, sed longinquum et grave bellum reformibabant. Tunc Scipio dixit se istam expeditionem illis remissurum esse, si arma et equos militibus Romanis tradidissent. Cum invenes laeti condicionem accepissent, Scipio sine pubblica impensa suos instruxit ornavitque equites.

N. 20 - ANNIBALE SCONFITTO DA SCIPIONE

Clades, quam Scipio Hasdrubali intulerat, Carthaginiensibus tantum terrorem incussit, ut Hannibalem ex Italia ad tuendam patriam revocaverint, qui fremens gemensque mandatis paruit. Respexit saepe Italiam, semetipsum accusans quod exercitum victorem statim a pugna Cannensi Romam non duxisset (-uxerat). Cum Hannibal Zamam venisset, inde nuntium ad Scipionem misit ut colloquendi secum potestatem faceret. Dies locusque constituitur. Itaque congressi sunt duo clarissimi suae aetatis duces. Cum vero de conditionibus pacis inter illos non convenisset, ad suos so repererunt renuntiantes armis rem esse dirimendam. Proelium commissum est, victusque Hannibal cum quattuor tantum equitibus fugit.